

strorum. Pro quibus omnibus et singulis adimplendis *etc.* obligavimus tibi dompno Bartholomeo *etc.* omnia et singula bona nostra *etc.* Et liceat dicto Monasterio vel eidem yconomo pignorare nos et nostros heredes in omnibus bonis nostris *etc.* donec se inde componere indempnēs. Quod scripsi ego predictus Magister Spina puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Francus de Marra q. s. Iudex. (*Segno*).

† Iohannes de prothomagistro puplicus Baroli not. t.

† Thomas de Iudice Marino puplicus Baroli not. t.

† Angelus de Elefanto puplicus Baroli not. testatur.

N. 137.

A. D. 1308

(26 novembre, Indiz. VI).

Provenienza Cattedrale.

Data di luogo Barletta.

Rogatorio Angelus de Flore not.

Descrizione Taglio rettangolare: alt. 0,39, larg. 0,28.

Scrittura Gotica.

Contenuto Churamaria, f. qd. Alexandri de Comestabulo, moglie di Silvester venutus domini Gualterii de Melficta legò pro anima 7 tari e mezzo di oro a dopnus Pascalis Sacerdos ecclesie S. Bartholomei; tari 22 e mezzo alla sua nutrice e il resto pro anima a S. Bartholomeus.

Bibliografia Inedita.

† ANNO ab Incarnatione domini nostri Iesu christi Millesimo Trecentesimo octavo Regnante domino nostro Karolo Secundo *etc.* Regnorum suorum anno vicesimo tertio. Mense Novembris die vicesimo sexto eiusdem sexte Indictionis apud Barolum. Ego Churamaria f. qd. Alexandri de Comestabulo, uxor Silvestri venuti domini Gualterii de Melficta, Barulitana civis, Infirma Iacens recte tamen et memoriter loqui valens, Coram Iohanne de Leone regali Baroli Iudice, Angelo de Flore puplico eiusdem terre notario et testibus subscriptis de eadem terra, ad hoc specialiter vocatis et rogatis, rerum mearum ultimam dispo-